

Henrique Antônio Burgo, O.S.M. (m. 1630)

*Paradoxos teológicos e filosóficos  
de Henrique de Gand*

(Bononiae: apud Clementem Ferronium, 1627)

Tradução e notas de  
Gustavo Barreto Vilhena de Paiva

Paradoxum XVIII

Nulla veritas sincera naturaliter  
cognosci postest ab intellectu viatoris  
absque speciali divinae lucis  
illustratione (art. 1, q. 2 et 3)<sup>1</sup>

5

10

15

20

25

<319a>Ingenii tenuitatem iam  
satis superque ostensam paradoxo hoc  
postremo libet excusare, qua in re  
longum esset disputare cum SCOTO;  
quinque enim articulis contra  
HENRICUM conatur in I, dist. 3, q. 4.  
Satis sit veritatem explicare et probare,  
unde quisque poterit etiam obiectio-  
nibus satisfacere.

Et quia monstrum quoddam  
fortasse videbitur haec propositio, ne  
quis horreat illius auditum, propor-  
namus nonnullas doctissimorum viro-  
rum sententias non absimiles.

Inter philosophos PLATO ita  
sensit, ut videre est in *Phaedone*, ubi  
Socrates diffuse docet, nihil pure et  
sincere in hac vita sciri posse, sed  
tantum cum recesserit anima a  
corpo<sup>3</sup>. Ita etiam Pythagoram sensis-

Paradoxo XVIII

Nenhuma verdade sincera poder ser  
naturalmente conhecida pelo intelecto do  
viajante sem a luz especial da iluminação  
divina (art. 1, q. 2 e q. 3)<sup>1</sup>

Hão de escusar neste último paradoxo  
a fraqueza de engenho já demonstrada mais  
que o bastante; neste tema, seria o caso de  
longamente disputar com <DUNS> ESCOTO.  
<Este>, de fato, se esforça contra  
HENRIQUE em cinco artigos de <Ord.> I, d.  
3, q. 4<sup>2</sup>. Que baste <aqui> explicar e provar  
a verdade, tal que outro possa, para além  
disso, rebater as objeções.

E, uma vez que essa proposição talvez  
pareça um monstro, para que alguém não  
fique horrorizado ao ouvi-la, proporemos  
algumas sentenças não dissímiles  
<provenientes> dos mais doutos homens.

Entre os filósofos, PLATÃO assim  
pensou, como se vê no *Fédon*, onde  
Sócrates amplamente ensina que nada se  
pode pura e sinceramente conhecer nesta  
vida, mas somente quando a alma se retirar  
do corpo<sup>3</sup>. Que assim também pensasse

<sup>1</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, qq. 2-3 (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 29-90; ed. 1520, ff. 3vA-10vL; ed. 1646, pp. 8a-23b).

<sup>2</sup> Duns Escoto, *Ord.* I, d. 3, p. 1, q. 4 (ed. Vaticana, vol. III, pp. 123-72).

<sup>3</sup> Cf., e.g., Platão, *Phaedo* 66E (Transl. Ficini, ed. *Platonis opera*, Basileae: in officina Frobeniana, 1546, p. 495): “Nempe si nihil cum corpore pure discerni potest, e duobus alterum: aut nullo modo possimus scientiam consequi, aut post mortem. Tunc enim animus ipse per seipsum erit seorsum a corpore, prius vero nequaquam. Atque cum vivimus, ita ut videtur, proxime ad scientiam accedemus, si quamminimum cum corpore commercium habuerimus, neque quicquam cum illo communicaverimus, nisi quantum summa cogat necessitas: neque huius natura replebitur, sed ab eius contagione cavebimus, quoad deus ipse nos solvat: atque ita puri, et a corporis insanis liberati, ut

se testatur MARSILIUS FICINUS *Epistolae*, lib. IV, initio orationis de laudibus medicinae his verbis: “philosophi Pythagorici atque Platonici, qui a Mercurio Trismegisto philosophiae fonte manarunt nihil aut inquiri, aut inveniri ab hominum mente ullo modo posse arbitrantur absque eo principio, a quo est ipsa mens, et ea insuper quae sint di<s>cenda proficiscuntur. Ideoque lumen esse voluerunt ad inspicienda omnia eundem ipsum Deum a quo profecta sunt omnia”<sup>4</sup>. Cardinalis etiam BESSARION, *Contra calumniatorem*, lib. II, cap. 11, tradit ex Platone veram hic <319b> scientiam non dari<sup>5</sup>. Addit THEUPOLUS, lib. III *Academicorum contemplationum*, cap. 10, quod apud Platonem “nisi anima per rationes ad Ideas elevetur, et cum mente iungatur, nec proprie scire, nec intelligere dicitur, sed solum opinari”<sup>6</sup>. IOANNES FRANCISCUS PICUS MIRANDULAE, in *Examine vanitatis doctrinae gentium*, lib. V, cap. 4, acriter defendit opinionem HENRICI quam reverendam opinionem appellat<sup>7</sup>.

Inter theologos iniuriam facit divo AUGUSTINO qui in apertissimis eius verbis videre respuit hanc fuisse eius

Pitágoras atesta MARSÍLIO FICINO, nas *Epístolas*, livro IV, ao início da oração sobre os louvores da medicina, com estas palavras: “os filósofos pitagóricos e platônicos, que fluíram de Hermes Trismegisto, a fonte da filosofia, consideram que nada se pode inquirir ou descobrir pela mente do homem sem aquele princípio do qual vem a própria mente e <do qual> parte, ademais, aquilo a ser aprendido. Por isso, pretendem que o lume para tudo observar fosse o próprio Deus do qual tudo partiu”<sup>4</sup>. Igualmente, o cardeal BESSÁRION, no *Contra o caluniador*, livro II, cap. 11, propõe, com base em Platão, que não há aqui uma ciência verdadeira<sup>5</sup>. TEÚPOLO adiciona, no livro III das *Contemplações acadêmicas*, cap. 10, que em Platão “salvo se a alma se elevar pelas razões às Ideias e se unir à mente, não se diz propriamente que tem ciência [scire] nem que intelige, mas somente que opina”<sup>6</sup>. GIANFRANCESCO PICO DELLA MIRADOLA, no *Exame da vaidade da doutrina das gentes*, livro V, cap. 4, defende veementemente a opinião de HENRIQUE, a qual chama de veneranda opinião<sup>7</sup>.

Entre os teólogos, faz injúria a santo AGOSTINHO aquele que, em seus claríssimos ditos, recusa ver que tenha sido

consentaneum est, cum talibus erimus, cognoscemusque per non ipsos syncerum quodlibet, id est forsitan ipsum verum. Nam impuro quidem purum attingere nefas est”; cf. tb. *op. cit.* 66B-67B, 67D, 69B-E, 75B-76A, 78B-81A (Transl. Ficini, ed. *Platonis opera*, Basileae: in officina Frobeniana, 1546, pp. 494-5, 496, 499, 501-2).

<sup>4</sup> Marsilius Ficinus, *Epist.*, lib. IV, Oratio de laudibus medicinae (*Opera*, vol. 1. Basileae, 1561, p. 759): “Philosophi Pythagorici atque Platonici, qui a Mercurio Trismegisto Philosophiae fonte manarunt, nihil aut inquiri, aut inveniri ab hominum mente ullo modo posse arbitrantur, absque eo principio a quo et ipsa mens, et ea insuper quae sint discenda proficiscuntur. Ideoque lumen esse voluerunt ad inspicienda omnia eundem ipsum Deum a quo perfecta sunt omnia”.

<sup>5</sup> Basílio Bessarion, *In calumniatorem Platonis* II, cap. 11 (ed. Venetiis: in aedibus Aldi et Andreae Soceri, 1516, ff. 31r-32v): “Scientia enim est cognitio certa, et immutabilis, quam habere in rebus quae sensu percipiuntur non possumus, sed decipi, falli, erare, ut Parmenides inquit, necesse est. Quemadmodum Plato, ea, quae semper sunt, nec unquam gignuntur mente, inquit, percipi posse, ac certa ratione cognosci. Contra vero, quae semper gignuntur nec unquam sunt, haec opinione cum sensu rationis experite comprehendendi”.

<sup>6</sup> Estêvão Teúpolo, *Academicarum contemplationum* III, cap. 10 (ed. 1590, p. 110): “<...> nisi enim anima per rationes ad Ideas elevetur, et cum mente iungatur; nec proprie scire, nec intelligere dicitur; sed solum recte, vel perperam opinari”.

<sup>7</sup> Gianfrancesco Pico, *Examen vanitatis* V, cap. 4 (ed. 1520, f. 140v-145v). Cf. tb. Giovanni Pico della Miradola Apologia (ed. *Opera omnia*, Basileae, 1557, p. 118 [= “De hominis dignitate” (ed. *Opera omnia*, Basileae, 1557, p. 325)]): “Adde quod in unaquaque família est aliquid insigne, quod non sit ei commune cum caeteris. <...> in Henrico (ut mihi visum est) semper sublime et venerandum”.

60 mentem. Lib. I *Retractionum* dicit: “imperitos disciplinarum vera nonnunquam de iis disciplinis respondere, quia praesens est eis quando id capere possunt, lumen rationis aeternae”<sup>8</sup>. I  
65 *Soliloquiorum* inquit: “intelligibilis est Deus, intelligibilia sunt et ista disciplinarum spectamina, tamen plurium differunt, nam terra visibilis est et lux, sed terra nisi luce illustrata videri non potest”<sup>9</sup>. Unde IOANNES GERSON, lib.  
70 *De oculo*, sententiam hanc Augustini esse fatetur<sup>10</sup>. HUGO, cap. 10 *Angeli-cae hierarchiae*, ait: “si imago videtur veritas non videtur; imago enim veritas non est”<sup>11</sup>.

75 Sed scholasticos afferamus. GREGORIUS, II *Sent.*, dist. 26, q. 1, concl. 1 de veritatibus moralibus cum Henrico est. Dicit enim quod sine gratia speciali non potest homo in statu naturae lapsae cognoscere aliquam veritatem moralem, quae ad  
80 vitae rectam institutionem aliquid valeat<sup>12</sup>. Idem habet CAPREOLUS in II, dist. 28, q. 1, concl. 1 exi<320a>- stimans eam esse divi Thomae

essa sua posição [mentem]. No livro I das *Retratações*, diz “que os imperitos nas disciplinas por vezes respondem verdades sobre essas disciplinas, pois é presente a eles, quando o podem compreender, o lume da razão eterna”<sup>8</sup>. No I dos *Solilóquios*, diz: “Deus é inteligível, é também inteligível o que se observa nessas disciplinas, porém muito diferem, pois a terra é visível tal como a luz, mas a terra não pode ser vista senão iluminada pela luz”<sup>9</sup>. Donde JOÃO GERSON afirmar, no livro *Sobre o olho*, que essa é a sentença de Agostinho<sup>10</sup>. Hugo, no cap. 10 da *Hierarquia angélica*, diz: “se a imagem é vista, a verdade não é vista; de fato, a verdade não é imagem”<sup>11</sup>.

Mas, aduzamos os escolásticos. GREGÓRIO <DE RIMINI>, em II *Sent.*, dist. 26, q. 1, concl. 1, está com Henrique no que tange às verdades morais. De fato, ele diz que sem uma graça especial o homem não pode, no estado de natureza decaída, conhecer uma verdade moral que valha algo para o estabelecimento de uma vida correta<sup>12</sup>. O mesmo mantém CAPRÉOLO em II <*Sent.*>, dist. 28, q. 1, concl. 1, estimando que essa seria a sentença de São

<sup>8</sup> Agostinho, *Retract.* I, cap. 4 (CCSL 57, ed. A. Mutzenbecher, 1984, p. 15): “Credibilius est enim propterea vera respondere de quibusdam disciplinis etiam imperitos earum, quando bene interrogantur, quia praesens est eis, quantum id capere possunt, lumen rationis aeternae <...>”. Cf., no entanto, Gianfrancesco Pico, *Examen vanitatis* V, cap. 4 (ed. 1520, f. 142r).

<sup>9</sup> Agostinho, *Soliloq.* I, cap. 8 (PL 32, 877): “Intelligibilis nempe Deus est, intelligibilia etiam illa disciplinarum spectamina; tamen plurimum differunt. Nam et terra visibilis, et lux; sed terra, nisi luce illustrata, videri non potest”.

<sup>10</sup> João Gerson, *Tractatus de oculo* (*Oeuvres complètes*, ed. P. Glorieux, vol. 8. Desclée, 1971, pp. 148-154; Hagae: apud Petro de Hondt, 1728, t. 3, col. 483B-486D). Não parece haver nesse texto referência explícita a Agostinho. Cf., no entanto, Gianfrancesco Pico, *Examen vanitatis* V, cap. 4 (ed. 1520, f. 142r): “Adde quod Augustinus multis locis sinceram cognosci sine resolutione ad exemplar divinum veritatem non posse, dedit intelligi, idque non Henricus solum, sed et alii quoque indicavere eam Augustini sententiam fuisse: quam etiam notat egregius theologus Ioannes Gerson in libro de oculo”.

<sup>11</sup> Hugo de São Vítor, *Super Hierarchiam Dionysii* II, cap. 1 (CCCM 178, ed. D. Poirel, 2015, p. 444): “Si enim imago sola semper videtur, veritas nunquam videtur, quoniam imago veritas non est, etiam cum de veritate est”.

<sup>12</sup> sine ... valeat] marcado como cit., ed. 1627. Gregório de Rimini, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1 (Berlin – New York: De Gruyter, ed. A. D. Trapp - V. Marcolino et al., 1980, p. 24): “Quo praemitto volo tres conclusiones probare: Quarum prima est quod nullus homo in statu praesenti, dei etiam generali influentia stante, potest absque speciali auxilio eius agere aliquem actum moraliter bonum. Secunda, quod nullus homo etc. potest absque speciali auxilio dei in his quaead moralem vitam pertinente sufficienter cognoscere quid volendum vel nolendum, agendum vel vitandum sit”; *op. cit.* (p. 26): “Quarta suppositio est quod quilibet homo in statu praesenti infirmus et impotens est ad quemlibet bonum actum cadentem sub divino praecepto, ita quod non solum ad melius vel facilius agendo, sed simpliciter ad agendum indiget propter suam infirmitatem specieali auxilio gratiae dei, in tantum quod nullum actum eiusmodi potest agere non adiutus”.

	sententiam <sup>13</sup> .	Tomás <sup>13</sup> .
85	Afferam et theologos aliquos recentiores qui obiter consentire videntur, saltem quoad aliqua obiecta. VASQUEZ, 1 p., disp. 1, cap. 2, inquit: “nullus philosophus adhuc fuit revelatione fidei destitutus, qui recte et sincere noverit ea quae ratione naturali demonstrari aliquo modo de Deo possunt” <sup>14</sup> . MEDINA, I-II, q. 109, art. 1, ad 2, ait: “quapropter divus Thomas, 1 p., q. 1, art. 1, et 1 <i>Contra gentiles</i> , cap. 4, ostendit fuisse necessarium, ut aliqua quae ratione naturali possunt cognosci nobis proponerentur per fidem credenda, ut certius et expeditius et sine errorum admixtione brevius veritatem cognosceremus” <sup>15</sup> .	Aduzirei também alguns teólogos mais recentes que incidentalmente parecem concordar, ao menos quanto a alguns objetos. VASQUEZ, 1 parte, disp. 1, cap. 2, diz: “nenhum filósofo houve até agora que, destituído da revelação da fé, correta e sinceramente soubesse aquilo que, de algum modo, se pode demonstrar pela razão natural sobre Deus” <sup>14</sup> . MEDINA, I-II, q. 109, art. 1, ad 2, diz: “por isso, são Tomás 1 p., q. 1, art. 1, e <i>Contra os gentios</i> I, cap. 4, mostra ter sido necessário que alguns dos que podem ser conhecidos pela razão natural fossem apresentados a nós para serem cridos por fé, tal que o mais brevemente conhecêssemos, o mais certa e rapidamente, sem a mistura do erro, a verdade” <sup>15</sup> .
90		
95		
100		
105	Sed quid plura? II <i>Corinthios</i> 3, habet APOSTOLUS “quod non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis” <sup>16</sup> .	E o que mais? Em II <i>Coríntios</i> 3, o Apóstolo afirma “que não somos suficientes para pensar algo a partir de nós” <sup>16</sup> .
	<Quid scire verum, quid veritatem <sup>17</sup> >	<O que é ter ciência do verdadeiro e da verdade <sup>17</sup> >
	Pro explicatione nunc quaedam notanda.	Para a explicação, há alguns que cumpre notar.
110	Et primo, quod aliud est scire de creatura id quod verum est in ea et aliud est scire eius veritatem (ita etiam divus IOANNES CHRISOSTOMUS, <i>In Ioannem</i> , cap. 17, homil. 79, “multum	E, em primeiro lugar, que um é, sobre a criatura, ter ciência daquilo que é verdadeiro nela e outro é ter ciência de sua verdade (assim, também são JOÃO CRISÓSTOMO, <i>Sobre João</i> , cap. 17, hom. 79: “de

<sup>13</sup> João Capréolo, *In Sent. II*, dist. 28, q. 1 (ed. Venetiis: apud Haeredem Hieronymi Scoti, 1589, pp. 458b-459a).

<sup>14</sup> Gabriel Vasquez, *Commentariorum ac disputationum in primam partem S. Thome*, disp. 1, cap. 2 (Compluti: ex officina Ioannis Gratiani, apud viduam, 1598, p. 8a): “Atque idcirco nullus philosophus adhuc fuit revelatione fidei destitutus, qui recte, et sincere noverit ea, quae ratione naturali demonstrari aliquo modo de Deo possunt”.

<sup>15</sup> Bartolomeu de Medina, *Expositio in primam secundae D. Thome*, q. 109, art. 1, ad 2 (Salmanticae: Typis haeredum Mathiae Gastii, 1582, p. 976[972]a): “Quapropter D. Thomas 1 parte quaestione 1 art. 1 et 1 *Contra gentes*, c. 4, ostendit, fuisse necessarium, ut aliqua, quae ratione naturali possunt cognosci, nobis proponerentur per fidem catholicam credenda, et divinis revelationibus nobis innotescerent, ut videlicet certius, et expeditius, et sine errorum admixtione brevius veritatem cognosceremus”.

<sup>16</sup> II Cor. 3, 5 (ed. R. Weber - R. Gryson. Stuttgart: Deutsche Bibelgesellschaft, 1994, p. 1791b): “non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est”.

<sup>17</sup> Quid scire verum, quid veritatem] in marg. ed. 1627. Cf. Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 35-40; ed. 1520, ff. 4vC-5rE; ed. 1646, pp. 10a-11a).

115 enim a vero veritas differt”<sup>18</sup>). Scire id  
quod verum est in creatura est  
apprehendere rem sicut habet esse in  
se. Et hoc facit intellectus noster  
ministerio sensus, qui et ipse verum  
120 quandoque apprehendi, scilicet rem  
sicuti est. At scire rei veritatem est  
apprehendere conformitatem eius ad  
suum exemplar. Sic enim a divo  
ANSELMO veritas definitur libro *De  
125 veritate*: “veritas est rei conformitas ad  
suum exemplar verissimum”<sup>19</sup>. Et  
divus AUGUSTINUS livro *De vera  
religione*, ait: “vera intantum vera sunt  
inquantum principalis unius similia  
130 sunt”<sup>20</sup>. Et in hoc cognitio et iudicium  
intellectus omnino excedit cognitio-  
nem et iudicium sensus; est enim  
cognitio cum compositione et  
divisione, cuiusmodi non est in sensu,  
135 quod habet etiam divus THOMAS, 1 p.,  
q. 16, art. 2, et *Contra gentiles*, cap.  
53<sup>21</sup>.

140 Modo supponitur quod natura-  
liter cognosci possit aliquod verum  
absque speciali illustratione, disputatur  
autem, an veritas ipsa possit

fato, em muito difere a verdade do verda-  
deiro”<sup>18</sup>). Ter ciência daquilo que é  
veradeiro na criatura é apreender a coisa  
tal como possui ser em si. E isso nosso  
intelecto faz com a ajuda do sentido, que,  
mesmo ele, por vezes apreende o verda-  
deiro, a saber, a coisa tal como é. Mas, ter  
ciência da verdade da coisa é apreender a  
conformidade dela para com seu exemplar.  
De fato, assim a verdade é definida por  
santo ANSELMO no livro *Sobre a verdade*:  
“a verdade é a conformidade da coisa para  
com seu exemplar o mais verdadeiro”<sup>19</sup>. E  
santo AGOSTINHO, no livro *Sobre a verda-  
deira religião*, diz: “os verdadeiros são ver-  
dadeiros enquanto são similares a um prin-  
cipal”<sup>20</sup>. E, nisso, o conhecimento e o juízo  
do intelecto excedem de todo o conheci-  
mento e o juízo dos sentidos. De fato, ele é  
o conhecimento com composição e divisão,  
como o qual não há nos sentidos, o que  
também afirma são Tomás, 1 p., q. 16, art.  
2, e *Contra os gentios*, cap. 53<sup>21</sup>.

Agora, supõe-se que naturalmente  
se pode conhecer algum verdadeiro  
sem iluminação especial, porém  
disputa-se se a própria verdade pode ser

<sup>18</sup> João Crisóstomo, *Comment. in Ioannem*, cap. 17, homil. 79 (Transl. Francisci Aretini, ed. Parisiis:  
apud Carolam Guillard, 1553, f. 243r; PG 59, 435): “Quod si non verus est deus, quomodo veritas?  
Multum enim a vero veritas differt”.

<sup>19</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, p. 40; ed. 1520, f.  
5rE; ed. 1646, p. 11a): “<...> et Anselmus *De veritate*: ‘veritas est rei conformitas ad suum exemplar  
verissimum <...>’. Cf. DECORTE, J. “Henri de Gand et la définition classique de la vérité”.  
*Recherches de philosophie et théologie médiévales* 68.1 (2001), pp. 34-74. Cf. tb. MUCKLE, J. T.  
“Isaac Israeli’s Definition of Truth” *AHDLM* (1933), pp. 5-8.

<sup>20</sup> Agostinho, *De vera religione*, cap. 36 (CCSL 32, ed. K.-D. Daur, 1962, p. 231): “<...> vera in  
tantum vera sunt, in quantum sunt, in tantum autem sunt, in quantum principalis unius similia sunt  
<...>”.

<sup>21</sup> Tomás de Aquino, *Summa theologiae* I, q. 16, art. 2 (ed. Leonina, vol. 5, p. 208a-b): “Et propter hoc  
per conformitatem intellectus et rei veritas definitur. Unde conformitatem istam cognoscere, est  
cognoscere veritatem. Hanc autem nullo modo sensus cognoscit: licet enim visus habeat similitudinem  
visibilis, non tamen cognoscit comparationem quae est inter rem visam et id quod ipse apprehendit de  
ea. Intellectus autem conformitatem sui ad rem intelligibilem cognoscere potest: sed tamen non  
apprehendit eam secundum quod cognoscit de aliquo quod quid est; sed quando iudicat rem ita se  
habere sicut est forma quam de re apprehendit, tunc primo cognoscit et dicit verum. Et hoc facit  
componendo et dividendo: nam in omni propositione aliquam formam significatam per praedicatum,  
vel applicat alicui rei significatae per subiectum, vel removet ab ea”; Id. *Summa contra gentiles* I, cap.  
53 (ed. Leonina, vol. 13, p. 150b): “Ulterius autem considerandum est quod intellectus, per speciem  
rei formatus, intelligendo format in seipso quandam intentionem rei intellectae, quae est ratio ipsius,  
quam significat definitivo. Et hoc quidem necessarium est: eo quod intellectus intelligit indifferenter  
rem absentem et praesentem, in quo cum intellectu imaginatio convenit; sed intellectus hoc amplis  
habet, quod etiam intelligit rem ut separatam a conditionibus materialibus, sine quibus in rerum natura  
non existit; et hoc non posset esse nisi intellectus sibi intentionem praedictam formaret”.

cognosci<sup>22</sup>.

<Veritatis duplex cognitio<sup>23</sup>>

- Secundo notandum quod veritatis cognitio duplex est: una sincera, id est, certissima, infallibilis, absque admixtione erroris, vel occasionis errandi; altera phantastica, per phantasmata et imagines<sup>24</sup> rerum obumbrata<sup>25</sup>, quod explicat IOANNES GERSON in *Centilogo* dicens sinceram veritatem esse conceptum entis simplicem per intellectum viatoris in utero purae intelligentiae genitum, si diu persistere posset sine involucro et commixtione phantasmatum<sup>26</sup>.

Modo veritatis cognitio phantastica haberi potest absque illustratione speciali, sincera non potest, quia ad hanc requiritur conformitas cum <320b> exemplari immutabili, quod ut magis percipiatur.

<Exemplar duplex<sup>27</sup>>

- Notandum tertio duplex esse exemplar, ut habet etiam PLATO in *Thimaeo*: unum factum atque elaboratum a rebusque ipsis acceptum, alterum perpetuum et immutabile, quod causa potius est ipsarum rerum<sup>28</sup>.

conhecida<sup>22</sup>.

<Duplo conhecimento da verdade<sup>23</sup>>

Em segundo lugar, cumpre notar que o conhecimento da verdade é duplo: um é sincero, isto é, certíssimo, infalível, sem mistura de erro ou ocasião de errar; outro é fantástico, obscurecido pelos fantasmas e imagens<sup>24</sup> das coisas<sup>25</sup>, o que João Gerson explica no *Centilógio*, dizendo que a verdade sincera é o conceito simples do ente gerado pelo intelecto do viajante no útero da pura inteligência, se pudesse persistir sem ser envolto ou se misturar aos fantasmas<sup>26</sup>.

Agora, pode-se ter o conhecimento fantástico da verdade sem uma iluminação especial, <mas> não se pode <ter o conhecimento> sincero, pois para tal se requer a conformidade com o exemplar imutável.

<O duplo exemplar<sup>27</sup>>

E, para melhor compreendê-lo, cumpre notar, em terceiro lugar, que o exemplar é duplo, como também afirma PLATÃO no *Timeu*: um fabricado e elaborado, recebido a partir das próprias coisas, outro perpétuo e imutável, que é mais a causa das próprias

<sup>22</sup>Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, p. 39; ed. 1520, f. 5rD; ed. 1646, p. 11a): “De isto ergo modo sciendi et cognoscendi aliquid per intellectum quo scitur veritas rei, quod est proprie scire, utrum ex puris naturalibus possit homo scire aliquid sine omni speciali illustration divina, adhuc restat dubitatio”.

<sup>23</sup> Veritas duplex cognitio] in marg. ed. 1627. Cf. Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 45-51; ed. 1520, ff. 5vF-6vI; ed. 1646, pp. 12b-13b).

<sup>24</sup> imagines] imaginis ed. 1627, p. 320a, 45-46.

<sup>25</sup> Cf. Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, p. 46; ed. 1520, f. 5vG; ed. 1646, p. 12b): “<...> neque etiam de hac distinxerunt quod quaedam est veritatis notitia liquida et sincera, alia vero phantastica per phantasmata et imagines rerum obumbrata, sed, ut videbatur ex eorum verbis, simpliciter aliquid sciri posse negabant”.

<sup>26</sup> João Gerson, *Centilogium de conceptibus*, 4<sup>a</sup> part. (Hagae: apud Petro de Hondt, 1728, t. 4, col. 798): “Conceptus simplex entis genitus per intellectum viatoris in utero purae intelligentiae si diu persistere posset sine commixtione vel involucro sollicitudinum, phantasmatum et concupiscentiarum, ille merito sincera veritas diceretur, et agalma pulcherrimu, et pretiosae margaretae claritas fulgens in mente”. Cf. Gianfrancesco Pico, *Examen vanitatis V*, cap. 4 (ed. 1520, f. 145r).

<sup>27</sup> Exemplar duplex] in marg. ed. 1627. Cf. Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 39-40; ed. 1520, f. 5rE; ed. 1646, p. 11a).

<sup>28</sup> Platão, *Timaeus I*, 28C-29A (Transl. Calcidii, ed. *Plato Latinus*, vol. 4, 1975, J. H. Wasznik, p. 21; Transl. Ficini, ed. *Platonis opera*, Basileae: in officina Frobeniana, 1546, p. 705): “Certe dubium non

170 Primum est species universalis per quam cognoscuntur omnia eius particularia, species inquam expressa seu verbum. Alterum est ars divina continens omnium Ideaerum rationes  
 175 seu essentia ipsa divina ut habet rationem Ideae<sup>29</sup>.  
 Non consistit veritas sincera in conformitate ad exemplar creatum, sed ad increatum, quod est prima rerum  
 180 mensura<sup>30</sup>. Ita AVICENNA lib. VII sua Metaphysicae, cap. 4<sup>31</sup>, quem citat divus THOMAS, 1 *Contra gentiles*, cap. 60, dicens: “veritas rei est proprietas esse uniuscuiusque rei, quod stabili-  
 185 tum est ei in quantum talis res nata est de se facere veram aestimationem et in quantum propriam sui rationem quae est in mente divina imitatur”<sup>32</sup>; et di-  
 190 vus THOMAS ipse ibi, cap. 62, dicit: “veritas nostri intellectus mensuratur a re quae est extra anima; ex hoc enim intellectus noster verus dicitur, quia consonat rei. Veritas autem rei mensu-  
 195 ratur ad intellectum divinum, qui est causa rerum”<sup>33</sup>.

coisas<sup>28</sup>. O primeiro é a espécie universal pela qual são conhecidos todos os seus particulares – espécie, digo, expressa, ou seja, o verbo. O outro é a arte divina que contém as razões de todas as ideias, ou seja, a própria essência divina enquanto possui a razão de ideia<sup>29</sup>.

A verdade sincera não consiste na conformidade para com o exemplar criado, mas para com o não-criado, que é a primeira medida das coisas<sup>30</sup>. Assim <diz> AVICENNA no livro VII de sua *Metafísica*, cap. 4<sup>31</sup>, que são TOMÁS cita em 1 *Contra os gentios*, cap. 60, dizendo: “a verdade da coisa é uma propriedade do ser de cada coisa, o qual é estabelecido para ela enquanto tal coisa é nata a fazer de si uma estimação verdadeira e enquanto imita a sua razão própria que é na mente divina”<sup>32</sup>. E o mesmo são TOMÁS, aí, no cap. 62, diz: “a verdade do nosso intelecto é medida pela coisa que é fora da alma; de fato, nosso intelecto é dito verdadeiro porque é consoante à coisa. A verdade da coisa, porém, é medida com respeito ao intelecto divino, que é causa das coisas”<sup>33</sup>.

est, ad cuius modi exemplum animadverterit mundani operis fundamenta constituens, utrum ad immutabile perpetuamque obtinens proprietatem an ad factum et elaboratum”.

<sup>29</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, p. 40; ed. 1520, f. 5rE; ed. 1646, p. 11a): “Est enim, secundum quod vult Plato in Iº *Timaei*, duplex exemplar: ‘quoddam factum atque elaboratum, quoddam perpetuum atque immutabile’. Primum exemplar rei est species eius existens apud animam universalis, per quam acquirit notitiam omnium suppositorum eius, et est causata a re. Secundum exemplar est ars divina continens omnium rerum ideales rationes, ad quod Plato dicit ‘Deum mundum instituisse’, sicut artifex ad exemplar artis in mente sua facit domum, non autem ad primum”. Sobre a noção de espécie inteligível *expressa* e sua distinção com respeito à espécie inteligível *impressa*, cf. *Quodl.* 5, q. 14 (ed. 1518, ff. 174rT-179vG; ed. 1608/1613, ff. 259v-65r). Acerca da aproximação entre *species* e *verbum* em Henrique de Gand, cf. *Quodl.* 4, q. 8 (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 8, pp. 53-70; ed. 1520, ff. 96vH-99rR; ed. 1608/1613, ff. 152r-154v). Sobre a identificação entre ‘ideia’ e ‘essência divina’, cf. Henrique de Gand, *Quodl.* 9, q. 2, so. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 13, p. 29; 1518, f. 344vZ; ed. 1608/1613, f. 64vB): “<...> idea nihil aliud sit de ratione sua formalis quam respectus imitabilitatis ex consideratione intellectus in ipsa divina essentia”.

<sup>30</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 45, 50; ed. 1520, ff. 5rF, 6rH-I; ed. 1646, pp. 12b, 13b).

<sup>31</sup> Potius Avicena, *Philosophia prima*, tract. VIII, cap. 6 (ed. S. van Riet, 1980, p. 413): “Quicquid autem est necesse esse est veritas; veritas enim cuiusque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei; igitur nihil est dignius esse veritatem quam necesse esse”.

<sup>32</sup> Tomás de Aquino, *Summa contra gentiles* I, cap. 60 (ed. Leonina, vol. 13, p. 173b): “Unde Avicenna dicit, in sua *Metaphysica*, quod ‘veritas rei est proprietas esse uniuscuiusque rei quod stabilitum est ei’, in quantum talis res nata est de se facere veram aestimationem, et in quantum propriam sui rationem quae est in mente divina, imitatur”.

<sup>33</sup> Tomás de Aquino, *Summa contra gentiles* I, cap. 62 (ed. Leonina, vol. 13, p. 176b): “Veritas enim nostri intellectus mensuratur a re quae est extra animam, ex hoc enim intellectus noster verus dicitur quod consonat rei: veritas autem rei mensuratur ad intellectum divinum, qui est causa rerum <...>”.

<Aspicere ad exemplar dupliciter<sup>34</sup>>

Notandum quarto quod aspicere ad exemplar aeternum dupliciter constigit: uno modo tanquam ad obiectum cognitum in quo imago rei videatur, altero modo tanquam ad rationem cognoscendi per quam res ad eius similitudinem facta conspiciatur.

Primo modo exemplar aeternum aspicientes vident omnia beati. Secundo modo hic loquimur, quod ita potest explicari. Sol suo lumine est ratio videndi omnia. Nisi enim Sol a se lumen diffunderet, nihil prorsus videri posset. Verum egreditur radius a Sole dupliciter respectu nostri: vel enim directe oculum ferit, vel oblique et per refractionem ad eum fertur. Si directe, non solum est ratio videndi alia, sed ipse etiam videtur. Si oblique, est quidem ratio videndi, non tamen est obiectum visum. Ita prorsus lux increata intellectum beatum quasi directo aspectu illustrat et tunc ut visa est ratio videndi alia in ipso. Intellectum autem nostrum pro statu viae quasi obliquato aspectu illustrat. Ile est intellectui nostro ratio videndi et non visa – qua similitudine utitur etiam divus THOMAS 1 p., q. 84, art. 5, dicens: “sicut in Sole videntur ea quae videntur per Solem”<sup>35</sup>.

<Probatur assertio<sup>36</sup>>

His ita explicatis probatur quod per exemplar acquisitum non habeatur certa et infallibilis notitia sincerae veritatis.

Et primo ex parte rei de qua

<Observa-se o exemplar duplamente<sup>34</sup>>

Cumpre notar, em quarto lugar, que ocorre de observar o exemplar eterno duplamente: de um modo, enquanto objeto conhecido no qual se veja a imagem da coisa, de outro modo, enquanto razão de conhecer pela qual se divise a coisa feita à sua similitude.

Do primeiro modo, os beatos veem tudo ao observarem o exemplar eterno. Falamos aqui do segundo modo, que assim se pode explicar. O Sol, por seu lume, é a razão de ver tudo. De fato, se o Sol não difundisse o lume desde si, precisamente nada se poderia ver. Porém, o raio parte do Sol duplamente com respeito a nós: de fato, ou ele atinge o olho diretamente ou é trazido a ele obliquamente e por refração. Se diretamente, não somente é razão de ver outros, mas também ele é visto. Se obliquamente, é decerto razão de ver, mas não é objeto visto. Assim, a luz não-criada ilumina o intelecto beato precisamente por aspecto direto e, então, enquanto é vista, é razão de ver outros nela. Porém, ilumina nosso intelecto no estado de via por um aspecto como que obliquado. Por isso é, para nosso intelecto, razão de ver e não vista – são TOMÁS também se utiliza dessa similitude em 1 p., q. 84, art. 5, dizendo: “tal como no Sol são vistos aqueles que se veem pelo Sol”<sup>35</sup>.

<Prova-se a asserção<sup>36</sup>>

Uma vez explicado isso, prova-se que pelo exemplar adquirido não se possui uma notícia certa e infalível da verdade.

E, primeiro, da parte da coisa de que o

<sup>34</sup> Aspicere ad exemplar dupliciter] *in marg. ed. 1627*. Cf. Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 40-3; ed. 1520, ff. 5rE-vE; ed. 1646, pp. 11a-b); *op. cit.*, q. 3, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 74, 78-81; ed. 1520, ff. 9rC, 9vE-F; ed. 1646, pp. 19b-20a, 21a-b).

<sup>35</sup> Tomás de Aquino, *Summa theologiae* I, q. 84, art. 5 (ed. Leonina, vol. 5, p. 322b): “Alio modo dicitur aliquid cognosci in aliquo sicut in cognitionis principio; sicut si dicamus quod in sole videntur e aquae videntur per solem”.

<sup>36</sup> Probatur assertio] *in marg. ed. 1627*. Cf. Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 43-5; ed. 1520, f. 5vE; ed. 1646, pp. 11b-12a).

- exemplar abstractum est sic. <321a>
- 235 Quod abstractum est a re transmutabili  
habet rationem aliquam transmutabilis; sed huiusmodi est exemplar  
creatum; ergo transmutable et per  
consequens ex eo haberi nequit infal-  
libilis veritas. Maior probatur ex ARIS-  
TOTELE qui ideo statuit maiorem habe-  
ri certitudinem de rebus mathematicis  
quam de naturalibus, quia res mathe-  
maticae sunt minus transmutabiles<sup>37</sup>,
- 240 quippe quae carent materia, quae  
transmutationis est radix. Et divus  
AMBROSIUS [!], libro 83 *Quaestio-  
num*, q. 9, dicit quod “a sensibus cor-  
poris non est expectanda sincera veri-  
tas, quia sensibilia sine intermissione  
mutantur”<sup>38</sup>.
- SCOTUS huic rationi respondet  
negans rerum transmutabilitatem et  
dicens quod qui eam ponit sequitur  
erroneam Heracliti opinionem<sup>39</sup>. Addit  
quod et si res essent in continua  
transmutatione, adhuc posset haberi  
certa cognitio saltem de hoc quod  
omnia moventur<sup>40</sup>. Subdit quod non  
255 sequitur ‘si obiectum est mutabile,  
ergo quod gignitur ab eo non est  
repraesentativum alicuius sub ratione  
immutabilis’, quia mutabilitas in  
obiecto non est ratio gignendi, sed

exemplar é abstraído, assim. O que é abstraído de uma coisa transmutável possui uma razão transmutável; mas, assim é o exemplar criado; portanto, é transmutável e, por conseguinte, não se pode ter a partir dele uma verdade infalível. A maior é provada a partir de ARISTÓTELES, que estabeleceu haver maior certeza sobre as coisas matemáticas do que sobre as naturais, porque as coisas matemáticas são menos transmutáveis<sup>37</sup> – de fato, elas carecem de matéria, que é a raiz da transmutação. E santo AMBRÓSIO [!], no livro das 83 *Questões*, q. 9, diz que “não cumpre esperar uma verdade sincera dos sentidos do corpo, pois os sensíveis se modificam sem intervalo”<sup>38</sup>.

<DUNS> ESCOTO responde a esse ra-  
ciocínio negando a transmutabilidade das  
coisas e dizendo que quem a propõe segue a  
opinião errônea de Heráclito<sup>39</sup>. Ele adiciona  
que, mesmo se as coisas fossem em con-  
tinua transmutação, ainda assim se poderia  
ter um conhecimento certo, pelo menos, de  
que tudo se move<sup>40</sup>. Diz, em seguida, que  
não se segue ‘se o objeto é mutável, então o  
que é gerado por ele não é representativo de  
algo sob a razão do imutável’, pois a  
mutabilidade no objeto não é a razão de  
gerar, mas a natureza do próprio objeto <o

<sup>37</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, p. 43; ed. 1520, f. 5vE; ed. 1646, p. 12a): “Prima ratio est quod exemplar tale, eo quod abstractum est a re transmutabili, necesse habet aliquam rationem transmutabilis. Unde quia res naturales magis sunt mutabiles quam mathematicae, ideo posuit Philosophus maiorem haberi certitudinem scientiae de rebus mathematicis quam de naturalibus per species earum universales, et hoc non nisi propter specierum ipsarum existentium apud animam transmutabilitatem”.

<sup>38</sup> Agostinho, *De div. quaest. octoginta tribus*, cap. 9 (CCSL 54A, ed. A. Mutzenbecher, 1975, p. 16): “<...> comprehendi autem non potest quod sine intermissione mutatur. Non est igitur exspectanda sinceritas veritatis a sensibus corporis”.

<sup>39</sup> Duns Escoto, *Ord. I*, d. 3, p. 1, q. 4, n. 219 (ed. Vaticana, vol. III, pp. 133-4): “<...> si obiectum continue mutatur, nec potest haberi aliqua certitudo de ipso sub ratione immutabilis; immo nec in quocumque lumine posset certitudo haberi, quia non est certitudo quando obiectum alio modo cognoscitur quam se habet. Igitur nec est certitudo cognoscendo mutabile ut immutabile. – Patet enitam quod antecedens huius rationis, videlicet quod ‘sensibilia continue mutantur’, falsum est; haec enim est opinio quae imponitur Heraclito, IV *Metaphysicae*; op. cit., n. 246 (ed. Vaticana, vol. III, pp. 149-50): “Ad primam, ad illud de mutatione obiecti, – antecedens est falsum; nec est opinio Augustini, sed error Heracliti et discipuli Cratyli, qui solebat loqui sed mouere digitum, ut dicitur IV *Metaphyscae*”.

<sup>40</sup> Duns Escoto, *Ord. I*, d. 3, p. 1, q. 4, n. 246 (ed. Vaticana, vol. III, p. 150): “Et consequentia non valet dato quod antecedens esset verum, quia adhuc – secundum Aristotelem – posset haberi certa cognitio de hoc quod ‘omnia continue moverentur’”.

265 natura ipsius obiecti<sup>41</sup>. Ac tandem obiicit quod essentia divina immutabilis repraesentatur intellectui per aliquid mutabile<sup>42</sup>.

Verum haec HENRICI rationem non destruunt. Transmutabilitas enim rerum ad sensum patet. Materia, quae est transmutationis subiectum, eam indicat. Agnoverunt omnes philosophorum sectae et de solo Deo affirmatur: “apud quem non est transmutatio”<sup>43</sup>. Continuam vero rerum omnium transmutationem quam Heraclitus posuit, putans nihil manere idem, sed identidem fieri aliud et aliud, HENRICUS nedum non probavit, sed confutavit art. 1, q. 1<sup>44</sup>. Quod vero data rerum transmutabilitate de hac ipsa habetur cognitio certa dum sciretur omnia moveri, hoc nego si per cognitionem certam sinceram cognitionem intelligit. Dubitandi enim adhuc occasio superesset. Unde Parmenides et Melissus omnia esse unum ens immobile affirmarunt<sup>45</sup>; Zeno dicitur motum negasse<sup>46</sup>. Et licet sciamus res moveri, non tamen ea circa motum

é<sup>41</sup>. E, finalmente, objeta que a essência divina imutável é representada para o intelecto por algo mutável<sup>42</sup>.

Mas estes não destroem o raciocínio de HENRIQUE. De fato, a transmutabilidade das coisas é patente aos sentidos. A matéria, que é o sujeito da transmutação, a indica. Todas as escolas de filósofos <o> reconheceram e somente de Deus se afirma: “aquele no qual não há transmutação”<sup>43</sup>. Porém, essa transmutação contínua das coisas, que Heráclito propôs, mantendo que nada permanece o mesmo, mas continuamente se torna outro e mais outro, HENRIQUE não somente não a provou, mas a refutou em <*Suma*>, art. 1, q. 1<sup>44</sup>. Que, porém, dada a transmutabilidade das coisas, dela se tenha um conhecimento certo enquanto se tem ciência de que tudo se move, nego se por ‘conhecimento certo’ se entende o ‘conhecimento sincero’. De fato, ainda assim permaneceria a ocasião de duvidar. Donde Parmênides e Melisso terem afirmado que tudo é um ente imóvel<sup>45</sup>; diz-se que Zenão teria negado o movimento<sup>46</sup>. E, embora tenhamos ciência de que as coisas se

<sup>41</sup> Duns Escoto, *Ord. I*, d. 3, p. 1, q. 4, n. 246 (ed. Vaticana, vol. III, pp. 150-1): “Non sequitur etiam, ‘si obiectum est mutabile, igitur quod gignitur ab eo non est repraesentativum alicuius sub ratione immutabilis’, quia mutabilis in obiecto non est ratio gignendi, sed natura ipsius obiecti quod est mutabile; genitum igitur ab ipso repraesentat naturam per se. Igitur si natura, unde natura, habeat aliquam immutabilem habitudinem ad aliud, illud aliud per suum exemplar et natura ipsae per suum exemplar repraesentantur ut immutabiliter unita: et ita per duo exemplaria, generata a duobus mutabilibus – non in quantum mutabilia sed in quantum naturae – potest haberi notitia immutabilitatis unionis eorum”. Cf. tb. Id., *Ord. I*, d. 3, p. 3, q. 1, nn. 380-1 (ed. Vaticana, vol. III, pp. 231-2).

<sup>42</sup> Duns Escoto, *Ord. I*, d. 3, p. 1, q. 4, n. 249 (ed. Vaticana, vol. III, p. 152): “Patet etiam quod repraesentativum in se mutabile potest repraesentare aliquid sub ratione immutabilis, quia essentia Dei, sub ratione immutabilis repraesentabitur intellectui per aliquid omnino mutabile, sive illud sit species sive actus; hoc patet per simile, quia per finitum potest repraesentare aliquid sub ratione infiniti”.

<sup>43</sup> *Iac. 1, 17* (ed. R. Weber - R. Gryson. Stuttgart: Deutsche Bibelgesellschaft, 1994, p. 1859b): “omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre lumen apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio”.

<sup>44</sup> Cf. Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 1, ad 4 (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 23-4; ed. 1520, f. 3rH; ed. 1646, p. 6b).

<sup>45</sup> Aristóteles, *Metaphysica* I, cap. 5 (Transl. Bessarionis, ed. Venetiis: apud Iuntas, 1562, vol. 8, f. 5vH-K; 986b17-30). Cf. tb. Basílio Bessárión, *In calumniatorem Platonis* II, cap. 11 (ed. Venetiis: in aedibus Aldi et Andreae Soceri, 1516, ff. 31r-32v).

<sup>46</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 1, ad 4 (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, p. 21; ed. 1520, f. 3rF; ed. 1646, p. 6a): “Unde sensum dimittentes et eius iudicium penitus abnegantes frequenter in absurdissimos errores apud intellectum sophisticis rationibus decepti inciderunt, sicut Zeno, qui dixit quod ‘nihil contingit moveri’ <...>”. Cf. Aristóteles, *Metaphysica* III, cap. 4 (Transl. Bessarionis, ed. Venetiis: apud Iuntas, 1562, vol. 8, f. 56vK; 1001b8-11).

295 percipimus, quae ad sincerae veritatis cognitionem requiruntur. Quod ratio gignendi sit natura, verum est, sed natura sub mutabilitate. Unde quod ab ea  
300 gignitur nihil reprezentare potest sub ratione omnino immutabilis. Quod deinde essentia divina immutabilis per aliquid mutabile reprezentetur ad rem non facit – cognitionis enim immutabilitatem quaerimus, non rei cognitiae.

<321b> Secundo probatur ex parte animae sic. Anima humana mutabilis est et erroris passiva; ergo indiget aliquo a quo rectificetur, ne obliquetur per errorem. Tum sic: anima humana per nihil rectificari potest quod aequalis vel maioris mutabilitatis sit quam ipsa; sed quodlibet exemplar a rebus naturalibus acceptum est inferioris gradus naturae quam ipsa et consequenter aequalis vel maioris mutabilitatis; ergo nullum tale exemplar poterit eam rectificare, ut in infallibile veritate persistat<sup>47</sup>. Qua ratione utitur divus AUGUSTINUS, lib. *De vera religione*, dicens: “apparet super mentem nostram esse legem, quae veritas dicitur”, quae sola sufficit ad rectificandam mentem commutabilem<sup>48</sup>.

325 Respondet SCOTUS duplicem esse mutabilitatem in anima: unam ab affirmatione in negationem, ut a non intellectione ad intellectuonem, alteram quasi a contrario in contrarium, ut a rectitudine ad deceptionem. Et quod prima mutabilitate mutabilis est anima quoad quaecunque obiecta; at secunda mutabilitas non est nisi circa illa

movem, ainda assim não percebemos acerca do movimento aquilo que se requer para o conhecimento da verdade sincera. Que a razão de gerar seja a natureza, é verdadeiro – mas a natureza sob a mutabilidade. Donde o que é gerado por ela não poder representar sob a razão do totalmente imutável. Finalmente, que a essência divina imutável seja representada por algo mutável não vem ao caso – de fato, buscamos a imutabilidade do conhecimento, não da coisa conhecida.

Em segundo lugar, se prova da parte da alma, assim. A alma humana é mutável e passiva de erro; portanto, precisa de algo pelo que se retifique, tal que não se desvie pelo erro. Então, assim: a alma humana não pode ser retificada por nada que seja de igual ou maior mutabilidade do que ela; mas qualquer exemplar recebido das coisas naturais é de um grau de natureza inferior<sup>48</sup> ao dela e, consequentemente, de igual ou maior mutabilidade; portanto, nenhum exemplar tal poderia retificá-la de maneira que permaneça na verdade infalível<sup>47</sup>. Santo AGOSTINHO utiliza tal raciocínio no livro *Sobre a verdadeira religião*, dizendo: “é patente que há, sobre a nossa mente, uma lei que é dita verdade”, a qual unicamente é suficiente para retificar a mente mutável<sup>48</sup>.

<DUNS> ESCOTO responde que há uma dupla mutabilidade na alma: uma da afirmação à negação (como da não intelecção à intelecção), outra como do comtrário ao contrário (como da correção ao engano). E <diz> que, pela primeira mutabilidade, a alma é mutável quanto à qualquer objeto; mas, a segunda mutabilidade não é senão quanto àqueles complexos que não

<sup>47</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 43-4; ed. 1520, f. 5vE; ed. 1646, p. 12a): “Secunda ratio est quod anima humana, quia mutabilis est et erroris passiva, per nihil quod mutabilitatis aequalis vel maioris est cum ipsa, potest rectificari ne obliquetur per errorem et in rectitudine veritatis persistat. Ibi exemplar omne quod recipit a rebus naturalibus, cum sit inferioris gradus naturae quam ipsa, necessario aequalis vel maioris mutabilitatis est cum ipsa. Non ergo potest eam rectificare ut persistat in infallibili veritate”.

<sup>48</sup> Agostinho, *De vera religione*, cap. 30 (CCSL 32, ed. K.-D. Daur, 1962, p. 224): “<...> satis appetit supra mentem nostram esse legem, quae veritas dicitur”; Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, p. 44; ed. 1520, f. 5vE; ed. 1646, p. 12a): “<...> satis appetit super mentem nostram esse legem quae veritas dicitur”, quae sola sufficit ad rectificandum mentem commutabilem et obliquabilem in infallibili cognitione, de qua non habet mens iudicare, sed per illam de omni alio”.

complexa quae non habent evidentiam ex terminis. Quando enim complexa aliqua ex terminis evidencia sunt, non potest anima mutari tali mutabilitate<sup>49</sup>.

335 At fallitur SCOTUS. Adeo enim mutabilis est mens humana, ut etiam circa prima principia fluctuare videatur. Et “multa ex affectione voluntatis et ex falsa apparentia possunt ita intellectum vexare, ut contraria primis principiis decernat”, quod in I Sent. cardinalis CAME-RACENSIS affirmat referente PICO supra<sup>50</sup>. Quid quaeso ex terminis notius quam totum esse maius sua parte? Et tamen haeret animus circa huiusmodi propositionem, dum cogitat non minus partem quam totum dividi posse in infinitum, unde sequi videtur 345 partem quamlibet aequare suum totum.

350 Tertio probatur ex parte exemplaris. Exemplar abstractum a phantasmate similitudinem habet cum falso sicut cum vero, ut patet in somno et furore cum per easdem imagines sensibilium iudicamus quandoque imagines esse res ipsas. At veritas sincera non percipitur nisi discernendo 355 eam a falso; ergo <etc.><sup>51</sup>. Et hanc

possuem evidência a partir dos termos. De fato, quando alguns complexos são evidentes a partir dos termos, a alma não pode se modificar por tal mutabilidade<sup>49</sup>.

Mas <DUNS> ESCOTO erra. De fato, a mente humana é tão mutável que parece vacilar mesmo acerca dos primeiros princípios. E “muito que provém da afecção da vontade e de uma falsa aparência pode vexar o intelecto a tal ponto que <ele> estabeleça o contrário dos primeiros princípios”, o que o cardeal DE CAMBRAI afirma, ao que refere PICO <no citado> acima<sup>50</sup>. Pergunto: o que é mais sabido a partir dos termos do que ser o todo maior que sua parte? E, no entanto, o ânimo hesita acerca dessa proposição, quando pensa que não menos a parte do que o todo se pode dividir ao infinito, do que pareceria se seguir que qualquer parte se iguala a seu todo.

Em terceiro lugar, se prova da parte do exemplar. O exemplar abstraído do fantasma possui uma similitude para com o falso tal como para com o verdadeiro, como é patente no sonho e na loucura, quando pelas mesmas imagens dos sensíveis julgamos, por vezes, que as imagens são as próprias coisas. Mas a verdade sincera não é percebida senão ao se discerni-la do falso; por-

<sup>49</sup> Duns Escoto, *Ord. I*, d. 3, p. 1, q. 4, n. 250 (ed. Vaticana, vol. III, pp. 152-3): “Ad secundum dico quod in anima potest intelligi duplex mutabilitas: una ab affirmatione in negationem, et e converso, – puta ab ignorantia ad scientiam vel a non-intellectione ad intellectionem, – alia quasi a contrario in contrarium, puta a rectitudine in deceptionem, vel e converso. Ad quaecumque autem obiecta, est mutabilis anima prima mutabilitate, et per nihil, formaliter in ea existens, tollitur ab ea talis mutabilitas. Sed non est mutabilis secunda mutabilitate, nisi circa illa complexa quae non habent evidentiam ex terminis. Circa illa vero quae sunt evidencia ex terminis, mutari non potest secunda mutabilitate, quia ipsi termini apprehensi, sunt causa necessaria et evidens conformitatis compositionis factae, ad ipsos terminos. Ergo si anima est mutabilis a rectitudine in errorem, absolute, non sequitur quod ‘per nihil aliud a se potest rectificari’: saltem rectificari potest circa illa obiecta quae non potest intellectus errare, apprehensionis terminis”.

<sup>50</sup> multa ... decernat] não é marcado como cit., ed. 1627. Gianfrancesco Pico, *Examen vanitatis V*, cap. 4 (ed. 1520, f. 143v): “Multa enim ex affectione voluntatis et ex falsa apparentia possunt ita intellectum vexare ut contraria primo principio decernat, quod et in primum sententiarum librum Cameracensis cardinalis affirmat <...>”. Cf. tb. Pedro de Ailly, *In Sent.*, prol., q. 1, art. 1 (ed. 1499, f. 39rA): “Tamen adhuc (hoc non obstante) videtur mihi probabile propter praedictas rationes quod intellectus ex imperio voluntatis et prava affectione cum aliqua apparentia licet falsa posset naturaliter dissentire primo principio <...>”. Para a citação anterior de Gianfrancesco Pico, cf., acima, a nota 7.

<sup>51</sup> Henrique de Gand, *Summa*, art. 1, q. 2, co. (ed. De Wulf-Mansion Centre, vol. 21, pp. 44-5; ed. 1520, f. 5vE; ed. 1646, p. 11b): “Tertia ratio est quod huiusmodi exemplar, cum sit intentio et species sensibilis rei abstracta a phantasmate, similitudinem habet cum falso sicut cum vero, ita quod, quantum est ex parte sua internosci non potest; per easdem enim imagines sensibilium in somno et in furore iudicamus imagines esse res ipsas, et in vigilia sani iudicamus de ipsis rebus. Veritas autem

rationem affert divus AUGUSTINUS, libro 83 *quaestionum*, q. 9<sup>52</sup>.

365 Respondet SCOTUS hoc concludere in opinione HENRICI negantis species, non autem contra eum species ponentem<sup>53</sup>.

370 Verum quomodo magis in illa quam in hac sententia concludat nec ipse dicit nec ego video. Etsi enim ponantur species, recurrentum tamen est ad phantasmata, quia “necessere est intelligentem phan<322a>tasmata speculari”<sup>54</sup>. Quod si ea decipient, sincera veritas haberi nullo modo poterit.

375 Haec <322b> puto sufficere etiam ad omnia SCOTI obiecta reiicienda, quod facere nunc non vacat<sup>55</sup>.

tanto, <etc.><sup>51</sup>. E santo AGOSTINHO aduz tal raciocínio no livro das 83 *Questões*, q. 9<sup>52</sup>.

<DUNS> ESCOTO responde que essa conclusão vale na opinião de HENRIQUE, que nega as espécies, mas não contra ele que propõe as espécies<sup>53</sup>.

Porém, nem ele diz nem eu vejo como essa conclusão vale mais naquela sentença do que nesta. De fato, mesmo se forem propostas espécies, ainda assim cumpre recorrer aos fantasmas, pois “é necessário que o inteligente especule os fantasmas”<sup>54</sup>. E, se eles enganam, de nenhum modo se poderá ter a verdade sincera.

A meu ver, isso é suficiente também para rejeitar todas as objeções de <DUNS> ESCOTO, para o que não há tempo agora<sup>55</sup>.

---

sincera non percipitur nisi discernendo eam a falso. Igitur per tale exemplar impossibile est certam haberi scientiam et certam notitiam veritatis. Et ideo si debeat certa scientia haberi veritatis, oportet mentem avertere a sensibus et sensibilibus et ab omni intentione quantumcumque universalis et abstracta a sensibilibus ad incommutabilem veritatem supra mentem existentem, ‘quae non habet imaginem falsi a qua discerni non possit’, ut dicit Augustinus 83 *Quaestionum*, q.<sup>e</sup> 9<sup>a</sup>, ubi pertractat istam rationem”.

<sup>52</sup> Agostinho, *De div. quaest. octoginta tribus*, cap. 9 (CCSL 54A, ed. A. Mutzenbecher, 1975, pp. 16-7): “Si igitur sunt imagines sensibilium falsae, quae discerni ipsis sensibus nequeunt, et nihil percipi potest nisi quod a falso discernitur, non est constitutum iudicium veritatis in sensibus”.

<sup>53</sup> Duns Escoto, *Ord. I*, d. 3, p. 1, q. 4, n. 251 (ed. Vaticana, vol. III, p. 153): “Ad tertium dico quod si aliquam apparentiam haberet, magis concluderet contra opinionem illam quae negat speciem intelligibilem, quia ella species quae potest repraesentare sensibile tamquam obiectum in somniis, esset phantasma, non species intelligibilis. Igitur si intellectus solo phantasmate utatur per quod obiectum est sibi praesens, et non aliqua specie intelligibili, non videtur quod per aliquid in quo obiectum sibi relucet posset discernere ‘verum’ a verissimili. Sed ponendo speciem in intellectu, non valet ratio, quia intellectus non potest uti illa pro se ut pro obiecto, quia non contingit uti illa in dormiendo”

<sup>54</sup> *Auct. Arist.*, *De anima* III, 167 (ed. J. Hamesse, 1974, p. 188): “Necessere est quemcumque intelligentem phantasmata speculari”. Cf. Aristóteles, *De anima* III, cap. 8 (Transl. Michaelis Sophiani, ed. Venetiis: apud Iuntas, 1562, vol. 11, f. 188rC-vD; 432a8-9): “<...> quum speculetur, necesse simul phantasma aliquid speculari”.

<sup>55</sup> Sobre a ausência de tempo alegada por Henrique Antônio Burgo para a conclusão do trabalho, cf. o seguinte excerto de seus *Paradoxos*, introduzido logo após o sexto parágrafo: “Quae sequuntur, lenius examinata sunt prae temporis angustia; fuerunt enim praeter opinionem paucis his hactenus expositis iam sub praelo positis addenda. Indicatur tamen fundamenta potiora, quae ad illorum tum expositionem, tum defensionem necessaria videntur” (ed. 1627, p. 291).